

Beatus Vir, qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei! quoniam sunt haec fores: sunt SS. Vulnera per quae, & praesertim per postes ostii, id est per vulnus lateris intrare debemus ad vitam. Ginth. Unus pro om. conf. 103. n. 4.

Samaritanus visus vulneribus miserandi hominis, qui incidit in latrones, misericordia motus, curam illius habuit, atque eius vulnera emplastris & medicinis sanare studuit. Eundem compassionis affectum in nobis excitare debent considerata Vulnera Christi! Pia anima his visis Domino compati, conarique debet, ut dolore & tormenta illi sanctis obsequiis compenset.

Christus Dei Filius venit in mundum quare, & salvum facere, quod perierat. Remedium ad hoc illi fuit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendantur?* Sed unde hic ignis amoris & sanctitatis? Nempe ex SS. Vulneribus, ait V. Vincentius Carassa Prapof. Gen. S. J. Dominus ad inflammandum mundum sumpsit ignem Divini amoris ex quinque fornicibus: quae sunt vulnera Divina. Ginth. conf. 33. n. 3.

Vulnus Lateris.

87. Semper apertum peccatori refugium.

Uale discrimen inter Vulnus, quod vivo corpori, & aliud quod mortuo indigitur? nempe illud est discrimen: primum sanari potest, non alterum: Ideo inquit Silveira: *Christus voluit lateris vulnus semper apertum, & patens.* B. Ser. 10. n. 10. Et Serm. 85. n. 18.

S. Ber. Ser. 61. in 6. ann.

Veni columba mea in foraminibus petra, ubi S. Aug. & Bern. hoc vulnus nostrum asylum est, in quo tutas securitas, & requies. S. punct. 137. f. 430.

Cum Scraphico exclama: O latus! O latus apertum! O vulnus mei piissimi Redemptoris, hic, hic volo acquiescere, requiescere, dormire, mori! *Haec requies mea* S. punct. 153. fol. 489.

S. Catharina Senensis a demone per desperationem tentata ad sacra Vulnera confugit. S. punct. 37. fol. 773.

Hic porta in arcam Noe, sibi ad negligentiam imputet, qui non ingreditur, si apertum novit introitum, ait Simon de Cassia. S. punct. 37. fol. 773. & 774.

De Vulnere Lateris non dicitur *Perclusit*, aut *vulneravit*, sed *aperuit*, ut illic quodammodo vita ostium panderetur, ait S. Augustinus. Ginth. Unus pro om. conf. 103. n. 6.

B. Joannes de Incontris mundo *validicens*, & Ordinem S. Augustini ingressus, in Novitatu terribiles tentationes passus retrospicere, & in mundum regredi decrevit. Cum in prociudum erat egredientem, allocutus est eum Crucifixus, inquit: *Fili, si vis tibi aridior, sedus durior, vigilare nolle, sed ingredi in vulnus hoc, & dulcescent tibi omnia.* Ginth. conf. 103. n. 7.

88. Demonstrat Deum plene esse reconciliatum.

Cur guttas omnes sanguinis usque ad aquam Christus per pectoris vulnus effudit? ut ostendat Divinum cor suum non amplius esse iratum; ira enim est accensus sanguinis circa cor. S. punct. 153. f. 492.

Amor ultimas guttulas poposcit effundi in signum plena reconciliationis. S. punct. 153. f. 490.

Sicut sol per scissuram nubis radium emittit, ita aperto vulnere cor Christi illuminat, & ad gratiam invitat. S. punct. 37. fol. 769. & 773.

Apertum est cor, ut etiam intus videretur Christus esse agnum innocentissimum, ait Athanas. M. conc. 33. aff. 1. n. 4.

Disputant auctores, cui lateri hoc vulnus fuerit impactum, verum S. Bernardus & S. Augustinus non dubitant fuisse impactum lateri dextro; quia erat signum miserationis, refugium peccatorum, & tersera propitiationis: *Dextrum sibi propter*

S. Ber. Ser. 7. in 7. loc. habuit.

me passus est latus sordis, quod videlicet non nisi in dextera parare vellet locum refugii, ita Bernardus: *Non incredibiliter dicitur latronem, qui tunc credidit iuxta Dominum crucifixum aqua illa, quae de vulnere lateris eius emicuit, tanquam sacratissimo Baptismo fuisse persusum.* Ita August. D. 4. 43.

Christus Dominus post mortem accepit Vulnus pectoris, *Et continuo exivit sanguis & aqua;* Aqua exivit, ait S. Ambrosius: *ut mundaret;* Sanguis, ut redimeret. Ginth. conf. 103. n. 2.

89. Est refugium & spei nostrae salutis.

Per latus Adami dormientis gloria clausa est (quia ex eius latere mulier deceptrix creata) per latus Christi mortui felicitas nostra aperta, ait Procopius. M. conc. 8. aff. 3. n. 1.

Percep. in Gen. 26.

Cur dextrum latus perfodi voluit? Respondet Bernardus, quia in dextra parare locum refugii vult, sinistra enim locus irae est. M. conc. 41. aff. 4. n. 17. S. Lou.

S. Longinus per hoc sanctum Vulnus, quod ipse aperuit, salutem invenit, adeo amavit Dominum, ut illum crucifixum sine lacrimis intueri non potuerit. Missos a Pilato, qui caput Longini referent, peramantem hospitio excepit, & seipsum prodidit, tum veste alba se induens, animam calce, caput Pilato ferendum dedit. *Metaph.* S. Elzearius Comes Conjugi Delphinæ, cum qua in continua Virginitate vixit, rescripsit: *Quare me in Vulnere lateris Christi! ibi habito.* N. 14. Maii.

Holofernes Urbem Bethuliam expugnaturus praecidit aquæ ductum. Et certe hac arte subjugasset urbem, nisi aliter Deus illi subvenisset! *Ve nobis, si infernalis Holofernes hunc fontem gratiarum nobis obstruat, per quem ex Divino corde caelestes gratiae nobis afflunt.* Ginth. Unus pro om. conf. 142. n. 2.

Sicut timens ac tremens seipulum a canibus venaticis impetitus confugit ad cavernam maceria; ita anima Christiana in omnibus mundi tribulationibus, & praesertim in morte ad Sacra Vulnera Christi, contra infernales persecutores confugiat. &c.

90. Est refugium in omnibus necessitatibus.

Quinque erant civitates refugii. S. Augustinus ait: *In omnibus necessitatibus non inveni tam efficax remedium, quam Vulnera Christi.* S. punct. 37. fol. 774.

Sibi impuget, qui non ingreditur, si a-

peritum videt introitum, ait Simon de Cassia. libid.

Hic habitavit Elzearius, qui uxori respondit: *Quare me in latere Christi, ibi habito.* lib. fol. 775.

Bonum est nos hic esse, ubi S. Bonaventura: *Faciamus tria tabernacula, unum in manibus, alterum in pedibus, tertium in latere.* lib. fol. 775.

Paralyticus non ad piscinam, sed ad hujus vulneris sanguinem confugere debuit. M. conc. 41. aff. 2. n. 11.

Quinque erant civitates refugii in Aegypto, & una vocabatur *civitas solis.* Haec quinque urbes sunt quinque Vulnera Christi, & civitas solis est Vulnus lateris! Pio cuidam Religioso Vulnus lateris Crucifixi pro nocturno lumine luxit: Ita univulnus Vulnus hoc sacrum nostrum intellectum illuminat, ut agnoscat, quid in prosperis, & quid in adversis agendum sit. Ginth. Unus pro om. conf. 145. n. 2.

Quidquid homini Christiano adversitatis accidit, semper hoc solatium adfert, quod Divinus Redemptor amet nos a timore infinito, & consequenter omnes tribulationes corporis, & animae ad salutem nostram dirigat. Amor Christi erga nos est fundamentum spei nostrae! Ubi autem resideret hic amor in Christo? In corde JESU! igitur, cum cor JESU apertum sit, in omnibus malis confugiamus ad ambrosissimum Cor JESU tanquam asylum, & ex eius amore spem & solamen capiamus omnium arummarum! &c.

LIBER TERTIUS

D E

SS. VIRGINE MATRE DEI.

MARIA VIRGO.

- Comparationes B. Virginis:
 - Comparatur Platano.
 - Lucerne. Nebule.
 - Iridi. Aurora. Soli. Luna.
 - Arca Noe. Arca testamenti.
 - Turri David. Cedro.
 - Columbe. Mari.
 - Virge Moysi. Stellis. Palma.
 - Nomen MARIÆ.
 - Reliquie Vestium, &c.
- CULTUS BEATISSIMÆ VIRGINIS.
 - Mosarium B. Virginis.

Scapulare. Templum B. V.

Imago Beatissimæ Virginis.

EXCELLENTE B. V. QUOAD CORPUS. EXCELLENTE B. V. QUOAD ANIMAM. PATROCINIUM B. V.

Patrocinium erga peccatores.

Patrocinium in necessitatib. temporalibus.

Patrocinium in morte & Judicio.

Patrocinium erga animas purgantes.

VIRTVS BEATISSIMÆ VIRGINIS.

Cassitas, Virginitas, Fidelitas.

Espitudo, seu Martyrium sub Cruce.

Humilitas.

M A R I A .

1. Facta est Mater Dei propter peccatores.

S. Anselm. de Excell. Tr. 7. c. 14.

Sanctus Anselmus ait: Si illa propter peccatores, scilicet propter me, meique similes facta est Mater Dei, cur non illam erga me propitiam parentem fore sperabo. S. punct. 32. fol. 738.

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

mina te posse deserere eum, qui spem in te ponit. Tu Mater Dei es hominis, cum sis Mater utriusque, discordiam inter filios tuos sustinere nequis. Et S. Chryostom. Ideo tu Mater Dei precelestis es ab eterno, ut quem Deus salvare non potest per suam iustitiam, tu per tuam salvaveris pietatem et misericordiam. H. Sermon. 15. fol. 144.

S. Athanasius. Dum Mater facta est Crea-

toris, omnium quoque creaturarum Mater est facta. H. Sermon. 16. fol. 156.

S. Bernardus ait, ex titulo Matris Dei,

orum esse titulum Matris misericordiae, de quo ita dicitur: Nos servuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hoc potius nobis ipsis: Laudamus Virginitatem, humilitatem miramur, sed misericordiam miseris sapit dulcius, Misericordiam amplectimur carius, recordamur sapius, crebrius invocamus. Hæc est enim, qua tutius mundi reparationem obtrinit, salutem omnium impetravit, &c.

2. Terribiliter amatur a Deo, et Dei Filius.

Cur Magi orientis, & quomodo invenierunt JESUM? quia stella stetit supra, ubi erac puer. Ubi erac ergo puer? in sinu Matris. Sicut stella supra stellam. En qui Mariam habet, JESUM habet semper sibi conjunctissimum. M. Sermon. 18. §. 1. n. 2.

Signa, quod Princeps aliquem amet, sunt 1. Et familiarem esse & cum ipso semper inveniri: Maria semper fuit apud Filium in Incarnatione, in adoratione Magorum, in Aegypto, in egerce. Sicut Sanctus Christus promittit: Vos amici mei estis, si feceritis, quod præcipio vobis, quanto amior erit Maria. 2. Si Princeps cuiuspiam multa donet, eumque exaltet. Mariam autem Deus præ omnibus honoravit. Fecit mihi magna, quæ potens est. 3. Si Princeps exigit, ut is, quem amat, etiam ab aliis honoretur, sicut contigit Iosepho a Pharaone, Marciæ ab Assuero, Daniæli a Nabuchodonosore, Deus autem vult honorari Ma-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

riam, ab Angelis, & ab omnibus Sanctis, & a tota Ecclesia militante, &c. H. Sermon. 10. fol. 97. & seq.

Beatis. Matera Deo, & Filio suo honoratur innumeris miraculis, & locis per totum orbem celeberrimis. H. Sermon. 10. fol. 97.

Dei Filius injurias Matri suæ illatas luculentius punit, quam proprias. Quiritur, cur B. V. in Passione Domini, & juxta crucem stans a peccatoribus militibus nulla injuria fuerit affecta? Nempe singularis hæc fuit providentia, quia, si Divina Mater fuisset injuriose habita, certe Christus Dominus, illius honorem zelatus, contra injuriatorum luculentis penis sine mora advertisset: cum autem hæc vindicta visa fuisset contrariari illis precibus: Pater dimittite illis, ideo sua providentia illa disposuit, ut nulla Virgineæ Matri injuria fuerit irrogata, &c.

3. Est Regina celi et terra.

Flaviobriga in Hispania est Statua B. V. cum titulo de Begonia. Hanc sui spoliare aggressus rapuit primo pretiosa cimelia, & toleravit Virgo: at ubi coronam illi auferre tentavit, Statua extensa manu tenuit furem. H. 2. fol. 16.

Rava in Bohemia cum miles Suecicus B. V. auream coronam auferre vult, lapsus de scala cervicem fregit. Alter odeum ingressus, dum ultra cancellos se protendit, de fenestra cecidit, & pavimento illius paulo post animam exhalavit. H. 2. f. 61.

Adhuc Regina a dextris tuis in vestitu ff. aurato, circumdata varietate. Tanta est auctoritas Virginis, ut quæ Deus ex potestate propria, illa possit ex potestate communicata; hinc S. Bernard. de Assumptione Maria dicit: Ascendens in alium Virgo Beata dabit ista quoque dona bono hominibus, si quidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Profecto non minor est amor Christi erga Mariam, quam fuerit Salomonis erga Matrem Bethsabee, & Assueri erga Esther, cui dominum regni administrandum dedit. Clamemus ergo ad Virginem: Ave Regina colorum, Ave Domina Angelorum, &c.

Si dignitas Matris, uti par est, assistatur ex dignitate filii, tanto utique major, & gloriosior est B. Virgo omnibus Imperatricibus, & Regina, quanto dignior ac potentior est filius eius Christus omnibus Imperatoribus, ac Regibus totius mundi.

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

S. Bernardus. Non est fas dicere, O Do-

Munda, ipse enim constitutus est a Deo Rex super omnes terras. Ipse est Rex Regum, & Dominus Dominantium!

Christus Dominus est Rex Angelorum, & totius Mundi: hanc dignitatem Maria a filio participat; Regis enim Mater Regina est; hinc ab Ecclesia salatur: Regina celi et terre. 2. B. V. habet dominium rerum omnium titulo Deiparæ, tanta enim est dignitas Matris Dei, ut potest dominium rerum omnium, quæ Deo subsunt. 3. Christus summe amat Matrem, ideoque hoc dominium illi ultimo communicat. C. Prov. 8. v. 16.

4. Excellentissima ejus dignitas ex Maternitate Dei.

Christus potius noluit videri Filius Dei, quam non videri Filius Mariæ: de cruce non descendit; quia si descendisset, Filius quidem Dei fuisset habitus, sed non Mariæ: Ur te veram Matrem ostenderet, seque tuum filium declararet, noluisset de cruce descendere. Ait S. Ildelphonus. M. conc. 32. aff. 2. n. 11.

S. Thomas ait: Beata Virgo ex hoc, quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod Deus est. Calamat. Mar. Sermon. 3. n. 12.

Deus ipse obstrictus est Virgini ex eo, quod illi carnem dederit: hinc ait S. Methodius: Euge Mater Dei, qui illum habes debitorem, qui omnibus mutuo dat: Deo namque debemus universi, tibi vero ille debet. Calamat. Mar. Sermon. 3. n. 15.

Hæc dignitas Matris fuit formalis ratio, propter quam Dei Filius erat subditus Mariæ: Deus, cui Angeli subditi sunt, subditus erat Mariæ, ait S. Bernardus. Calamat. Mar. Sermon. 3. n. 15.

Propter hanc ipsam Maternitatem facta est Domina celi et terræ: S. Joannes Damascenus ait: Maria Domina facta est omnium creaturarum, cum Conditoris omnium facta est Mater. Calamat. Ser. 3. n. 18.

Novum creavit Dominus super terram.

Hæc verba intelligi possunt de Matre Dei: in quo autem illa dicitur aliquid novum? in hoc, ait Richardus a S. Laurentio, quod integritati Virginitatis accederet secunditas prolis, ut manens Virgo integra ferret Mater fecunda. Esse Matrem & esse simul Virginem inauditum est miraculum Omnipotentis Dei. Calamat. Sermon. 6. fol. 86. & seq.

Deus per infinitam potentiam suam non potest creare majorem Matrem. Calamat. Sermon. 6. fol. 89. o. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

Moyse antequam ingrederetur terram promissam, præmisit exploratores, & illi secum reulerunt ingentem botrum, ex quo populus Israel edere cepit, quæ, cillitatem terræ. Siqui scire cupit, quæ, quantaque sit Mater Dei, intueatur fructum Ventris ejus, id est JESUM &c. Calamat. Sermon. 6. fol. 91.

Angeli gloriantur, quod Ministri sint Numinis, quid ergo dicendum de Matre? Audiamus S. Bernardum: Magnus est Angelus, ut Minister sit Domini, sed non Maria sublimior, qui meruit, ut sit Mater Dei. Nulli Angelorum fas fuit Christum habere agnatum, sicut Maria licuit dicere: Filius meus et meus, ego hodie genui te. Calamat. Sermon. 6. fol. 95.

Ex titulo Maternitatis Divinæ proflunt omnes Mariæ prærogative, omnes venerationes, omnia præconia ab hominibus illi exhibita, omnia obsequia Angelorum. H. Sermon. 28. fol. 273. & seq.

Ex eo, quod facta est Dei Mater, simul facta est Mater omnium Fidelium & Sandorum. C. in Beati c. 15. n. 2. Solo Deo excepto cunctis superior existit. Quia nimirum Dei Mater est, quæ est dignitas immensa. Prov. 31. v. 29.

5. Odit, et averfatur peccatores impudentes.

Multi sibi imaginantur, quamvis impie vivant; si tamen Mariam colant, salva esse omnia, quia illa, ut ajunt, est Mater peccatorum. Sed error iste est gravissimus. In Scriptura quidem legitur, In plenitudine Sanctorum detentio mea; Sed nullibi legitur, in plenitudine peccatorum detentio mea: apud eos, qui sunt iniquitate, Maria libenter versatur, ait S. Bonaventura. Pactus, in Cant. B. V. excit. 19. n. 5.

In Confessione Generali etiam confitemur Beate Mariæ semper Virgini, quia illa non minus, quam ejus filius per peccatum offenditur. Ibid. n. 6.

Siquis Regius Princeps Matri suæ dixerit: O Mater, famuli tui gravissime me persequuntur, an mirum foret Reginarum famulis suis insentiam fieri? Ad ecce! Christus ait: Fili Matris mee persequuntur contra me. Ibid. n. 6.

Beata Virgo Sanctæ Lutgardæ apparee vultu lugubri, causam quaesita respondit: Ecce ab hereticis et Pseudochristianis viribus cruciatur Filius meus. Hæc injuria filii etiam offendunt Matrem. Ibid. n. 8.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

S. Bern. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1. de Virg. 1. c. 1. §. 1.

Abbas Cyriacus in somno videbat Beata Virgine cum SS. Joanne Evangelista, & Baptistâ: invitavit eam in cellam suam, illa autem detrectans ingredi severe respondit: Habes in cella tua inimicum meum, & vis, ut ingrediar? His dilcis abfcessit. Inimicus autem ille erat liber impij Nestoris, quem a B. Ilychio mutuum dicitur in sua cella habebat Cyriacus. Sic O peccator, an putas Maria tecum erit, si in corde habes peccatum? Inimicum capitalem Virginis? Ibid. n. 8.

Impossibile est, ait S. Anselmus, *quod illi, a quibus Virgo Maria oculis suis misericordie avertit, salventur.* Ergo sunt illi, qui a quibus Maria oculos avertit? Sunt quinam illi? utique peccatores.

Pictor Florentia in peccato mortali constitutus non potuit, ut sepies tentaret, pingere imaginem B. V. ab Angelo salutatam. Abit ergo, & peccatum confitetur. Dumque redit, videt faciem Beatissimæ Angelico pennicillo expressam, T. n. 227.

Fere simile quid legitur in vita Ven. P. Martini Alberti S. J. Valentis: iussit pictorem imaginem deipare, quæ sibi apparuerat, pingere. Pinxit, pictam offendit: cui Albertus, immane quantum aberrasti: Virgo, non nisi pura manu, ut pareff, vult de pingi: clæ fordes, tum operi denuo manu amovæ. Paruit pictor, animum abluir, opus ita emendavit, ut Divina manu pictum videretur. Exat adhuc imago in Collegio Valentino. Ex Faltis S. J. r. Sept.

Arcti in Italia Statua B. V. lacrymas fudit, quarum vestigia hodieum visuntur. Et de qua alia causa, quam propter malignam, & perniciem peccatorum? H. 2. f. 31.

Drepani in Sicilia Imago B. V. ex orientali Alabastro, ter mille & amplius librata pondere, ter mille & amplius verum quibdam amans, aliis minas & severa apparet. H. 2. fol. 51.

Pernegit in Syria imago B. V. faciem mutat: nunc pallida & tristis, nunc læta & rubicunda apparet, idque non ab uno aut aliquibus, sed ab omnibus observatur. H. 2. fol. 56. c. 1.

Maria ab Ecclesia quidem salutar ut Refugium peccatorum, verum adverte: dum Refugia seu Asyla facinorosis hominibus constituta sunt, ab illis excluduntur enormiter criminosi v. g. qui admiserunt crimina excepta, latrocinii, qui prædones fere publici, qui devastarunt segetes, qui commiserunt assassina, qui reit sunt læta Majestatis, & quæ sunt similia. Eandem in modum Maria asylum

est peccatorum, sed non eorum, qui obfirmitate perseverant in malitia &c.

6. Odit summoere peccatum.

Beatissima Dei Genitrix interrogavit Virgine Musam, an vellet celesti Virginum choro associari? affirmative illa præcepit, ut quassdam levitates pueriles corrigeret, corexit Musam mira morum gravitate, & trigesima die mortua est. E. Maria n. 1.

Toleti in Hispania dum Archiepiscopus in festo Assumptionis Misam celebrat, repente statua B. V. in hac verba erupit: Ecce gens Judaica Filium meum denuo crucifigere conatur! Audit hæc voces populus: indagatum est in domibus Judæorum, inventumque, quod Judæi Christi effugem, conviciis & ludibriis injuriarum cruci affigere voluerint. Quoties peccatum sit, Christus de novo crucifigitur! O quantum lamentatur Mater. H. 2. f. 20.

Saris in Bohemia cenobium Virginum est, ubi rebellium caput Zisca cum exercitu suo caltra fixit. Inter alias crudelitates septem Montales in templo trucidenter examificavit. Et ecce! Statua B. V. in ara clamare cepit: *Amice! quid agis?* sed & Christus Filius manum suscipit, & orti minabundus impoluit, atque hic gestus hodieum in imagine conficitur. H. B. fol. 61. O quoties B. V. clamat ad peccatorem: Quid agis?

Statua Sossaviensis B. V. ter locum mutat oblatrocinia, allaque peccata. H. 2. f. 75.

Tridenti Imago B. V. sæpius mutavit vultum; nunc lætam, nunc tristem, nunc æqueum, nunc austerum exhibuit, qualem merentur inuentes. H. 2. fol. 82. & 83.

7. Odit & avertatur infidelis & hereticus.

Ubi Christiani a Turcis Damasco fuerunt expulsi, etiam B. V. Statua ibi benedicta in Insulam Rhodium prolegit, ubi in littore cum sua lampade ardente inventa & agnita, ac demum post expugnatam etiam Rhodum in Insulam Meliticam translata est. H. 2. fol. 10.

Romæ haud procul a porta Flaminia, nunc dicta a populo stetit Nux anosa, & arbor multorum sæculorum, ubi sedem fixerunt mali demones specie corvorum, incolis oppido importuni. Tunc B. V. apparuit Paschali II. Pont. Max. eique revelavit, quod subtus hanc arborem laterent ossa Neronis tyrannici Imperatoris: auferret ergo arborem & ossa, sibi que

que in Ecclesiam edificaret. Factum ut præceptum! exhumata sunt ossa & in mare projecta, atque edificata Ecclesia, & cessavit furor immundorum spirituum. H. 2. fol. 42. c. 2.

B. V. Veronæ ex sua statua promittit S. Petro Martyri: *Petro rogavi pro te, ut non desinas fides tua!* Possimino Petrus ab heretico, valde nasuto, repetit ea, quæ prius ipsi obsecrat: verum ille quasi bos obmutuit. H. 2. fol. 46.

Imago B. V. pictori Acatolico renovanda data est. Is cum jocos & blasphemias in Dei Matrem spueret, nec monitus desisteret, repente fulmine tactus est, & nudus fuit. H. 2. fol. 59.

In Franconia quatuor leucis ab Herbi-poli *Ad sagum*, in qua B. V. Statua colebatur, nullus Judæorum accedere potuit, ocula vi repulsi. Unus audacior vim vi penetrans, stricto gladio imaginem vulneravit. Auditus est exultus imaginis, & ipse obrigeoens, cum gladio sanguineo deprehensus ad judicem tractus est. H. 2. fol. 87.

Zurovici in Lithuania imago B. V. non ea facie, qua Catholicis videtur, sed longe alia se hereticis, aut etiam peccatoribus exhibet, nempe colore fusco, aut etiam nigro, aut quasi sub velo. H. 2. fol. 123.

8. Punit gravissime suos injuriatores.

Hospes quidam in sua caupona tolerat quosdam temulentos, qui Virgine blasphemabant: isti statim a Deo repentinis mortibus puniuntur. Hospiti autem apparet Virgo in somno similem penam minatur: procidit ille, & veniam rogat: Virgo mortis penam quidem remittit, interim vinum, quod manu tenebat, genua ejus percussit: Et ecce! evigilans Vir inventi membra illa a corpore abrupta, & copiosum sanguinem manantia: hoc miserando habitu justum Dei judicium ad altorum exemplum promulgavit. Marchant, in expos. Salut. Ang. *Verbis illis, Benedicte tu in mulieribus*, in fine.

Femina heretica in festo Assumptionis B. V. balneum sibi parari præcipit: resistent ancilla Catholica & festum Mariæ causante, blasphemè latrat: *Tua Maria mulier est, me & alius nec bilo melior. Quid evenit?* domus a fumo fastigio conflagrare cepit, & ut tanto luculentius supplicium Numinis appareret, illi ligni farmenta, quæ ab ancilla Catholica fornaciarant subdita, man-

serunt illata. Lucian. p. 2. conc. 75. in fine.

Blasphemum contra Deum contumeliose jurantem, diu patienter sustinuit Dominus verum cum ille & contra Beatissimam Virginem blasphemias spueret incipit, terribili vulnere cælitus inflicto punitus animam evomit: simulque defunditur aliquis tinerant apparuit, inquis, quod Deus injurias suæ Matris diffucillius quam proprias remittat. E. Verbo *Blasphemia* n. 4.

Heretica mulier in partu Beatissimam invocare jussa, ex odio illam ferocem blasphemæ appellavit. Et continuo nigras alioque fuscilas peperit. E. *Maria* n. 52.

Monasterium quotidie officium B. V. recitare solitum, ubi discolor aliquo Monacho suadente, hanc devotionem omisit, mille infortunis obritum, fere ad incitas redactum est: sed monitum ab eremita pio reasumpti Officii Mariæ devotionem, & in pace iterum floruit. E. *Officium B. V.*

Heretici Hallas prope Benxellas obfidebant, cum quidam joculariter ausus blasphemare: Ego meis manibus Hallensi muliercule (ita B. V. vocitabat) nasum abscidam. Vix elocutus est blasphemiam, cum glans plumbea ex urbe missa illi nasum abscidit. Fuit & inter suos ludibrio.

Hollandæ ex quo B. V. Sichenensis sacellum explestant, Offendam perdidit, omniaque infeliciter illis cessaverunt. Inter illos fuit eques, qui equo excruciat infidens vocatus dixit: si Maria hic miracula facit, illuminet meum equum. Audita Virgo blasphemiam, moxque equo visum restituit, ipsum vero blasphemum excavit. C. Lev. 24. ad fin.

Cum Apostoli ex toto terrarum orbem in morte Beatissimæ Virginis convocati, eus SS. Corpus ad sepulchrum suis humeris portarent, adfuit perfidus Judæus, qui in eus fereretur, hanc pompam impediturus, involaret: sed punitus a Deo, manus feretro adherentes non potuit retrahere, donec serua penitentia, ac fletu suum crimen detestatus est. H. Sermon. 6. fol. 48.

Qui in me peccaverit, ledet animam suam, omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Ib. fol. 143.

Cæcilius de Maria: *Diligentes se diligite, & contemnetes se, quia iusta est.* Casarius 1. 7. tit. 2. c. 2.

Julianus Apostata in Dei Filium & Dei Matrem injuriolos, jussu B. Virg. a S. Mercurio Martyre in bello Persico, lancea confoditur. H. 2. fol. 6. v. *Cæsarea*.

Anno 1620 Calvinista in Gallia destruxerunt templum B. V. prodigio in ubi

urbe Gignaco: idque dum fecerunt duo Iudificatores per jocum petierunt a B. V. ut sibi miraculum operaretur. Et ecce ingens saxum ex alto lapsum, ambos oppressit. H. 2. fol. 24.

Lugduni lufor Statuam B. V. lapide vulnerat, & ecce ex vulnere sanguis uberitum effluit, malefactori autem facies retrorum contorta est. Damnatus ille ad mortem, iussusque prius a B. V. veniam rogare, cum id serio cum lacrymis fecit, facies illi in pristinum locum restituta, & illi vita gratia data est. H. 2. f. 25. seq.

Neapoli itidem lufor imaginem B. V. quinque vulneribus faucivavit. Dein Florentiam profugiens homicidii, de quo innocens erat, suspectus, in vincula tractus, confessus est crimen Neapoli commissum, & digno supplicio affectus est. H. 2. f. 38.

Statua B. V. Viennæ apud PP. Franciscanos rogo impolita ab iconoclastis illa se permanet, cum veronius eam in partes diffundere aggrederetur, jamque vulnus ei infixisset, ea die adhuc sanus fuit, & alter, qui id præceperat, per quinquaginta annos in carcere infans vixit. H. 2. f. 53.

Wimpafingæ in Austria, durante Viennensi obfidione, Turca B. V. Statuæ caput amputavit, sed suo Capiteo pœnas dedit. Is Statuam postea secum abtulit, sed in via morbo prostratus, non prius convalevit, quam Statuam restituit. H. 2. f. 54.

Bechini in Bohemia milles vulnerans & blasphemans B. V. mox delirus in terram concidit, & instar bovis mugit. Incarcerem delatus, & contra demones opem clamans post aliquot dies infeliciter mortuus est. H. 2. fol. 57.

Pragæ B. V. Statua furem, qui illam despoliare voluit, tamdiu manu tenuit, donec ille a Magistratu captus fuit. Amputata est illi manus, quæ hodiecum in templo et catena pendens vifitur. H. 2. fol. 60.

Berniedæ in Bavaria rusticana mulier videns B. V. Statuam in altari pervertutam & obsoletam, in corde suo desepit illam, indignamque veneratione reputavit. Et ecce! repente cæca facta est! domum deducta, hortantibus aliis veniam a B. V. rogavit, & luminis usum recepit. H. 2. fol. 65.

Kozingæ in Bavaria quidam mendicus Acatolicus B. Virginis Statuam in annoia quercu collocatam in flumen præiecit, sed cum altera die illam ad quercum reversam vidisset, Statuam in multas partes diffusam ac dissectam in via disperit. Vestram & illa partes a Catholicis collectæ coaluerunt, & tanto maiorem vene-

rationem Catholicorum Statuæ ipsæ quercu repositæ conciliarunt. Vidit hoc serpens Acatolicus, & indignatus dixit, proferendum fere lapidem in hoc idolum ipsæ præsentibus absente: vix hac verba elocutus, quasi fulmine tactus in terram concidit. Alius hic transiens socio fatigato per jocum respondit, irer, & apud quercum alios pedes postulare. Sed & ista verba vix elocutus concidit, nec prius usum pedum recuperavit, quam pœnitens duos ligneos pedes suæ culpæ testes appendit. H. 2. fol. 68.

Bingæ in Franconia miles B. V. imaginem quinque adamantes furari voluit: primos quatuor Virgo auferri impune permisit: at ubi sceleratus quintum in ipso pectore abireperit voluit, imago magnam lacrimis copiam profudit, quod dum territus fur superstrato pulvere pyro conatur celare, repente in rabiem versus, indeque profugiens in fluvium se precipitavit. H. 2. f. 87.

Judeus imaginem B. V. gladio vulnerat. Hoc factu auditi sunt epulans imaginis, Hebraeus vero obrigit, & tamdiu immotus stetit, donec confpecto in apice gladii recenti sanguine ad iudicem abreptus est. H. 2. fol. 87.

Moguntia lufor blasphemus multis gladii ictibus in Matrem dolorosam sœvit. Effudit Statua copiosum sanguinem, ille autem ad rogam raptus est. H. 2. fol. 90. seq.

Camberone Judeus, fictus Christianus, imaginem B. V. bienni aliquoties vulnerat; fluxit copiosus sanguis ex vulneribus, auditaque imago clamorem tollere, Judeus omnia pernegans, demum convictus, igne combustus est. H. 2. fol. 120.

Quidam Constantinus miles lapidem in Statuam B. V. coniecit, eamque contrivit. Apparuit illi in somno B. V. & scis, ajebat, quid mihi feceris, idque in eorum tum? paulo post conclamatur ad arma, currit ad muros defendendos Constantinus. Et ecce! lapis in machina excussus caput illi contrivit. H. 2. fol. 113.

Comparationes Beatæ Virginis.

9. Comparatur variis rebus.

Ouia Platanus æstum solis umbra mitigat: ita B. V. iram Filii precibus temperat. B. Serm. 71. n. 9. & 11.

Platani folia sunt similia scuto, ut significatur, quod B. V. scutum sit, & protectrix totius Christianitatis, H. Serm. 22. f. 211.

Platani folia proficua orbis contra febrem, aliosque morbos: ita exempla

de V.

B. V. foliis fidelibus. H. Serm. 26. fol. 256.

Sicut platanus virentibus foliis peregrinantes & laborantes obumbrat, & contra æstum solis defendit: ita B. V. de seipsa testatur, quasi platanus exaltata sum; quia peccatores ab æstu, a turbine, a pluvia protegit. Picinelli Mund. Symb. l. 9. n. 380.

Vita Sandorum vocatur Vigilia, & præteritam vita B. V. lucenti comparatur Lucernæ. 1. Quia diu noctuque orationibus & bonis operibus vacabat, iuxta illud: *Ego dormio & cor meum vigilat.* 2. Quia in nocte Passionis, dum Apostoli sagiebant, & hæsitabant, lumen fidei in sola Dei Matre remansit. 3. Quia dum moreretur illece remansit, corpore & anima in celum assumpta. 4. Quia pro omnium salute perdidit, & pœnas pervigilavit. C. in Prov. 31. v. 8. Ipsa est Pharus luminibus circumdata, lucens navigantibus in procelloso mundi mari. Ibid.

Quia sicut Nebula cægit terram, & ab æstu ire Dei tuctur. B. Serm. 75. num. 7. Sicut nubes temperat æstum pacis: ita Maria ab æstu Divine indignationis defendit, & pacem fœxit inter Deum & hominem. Calamat. Mar. Disc. 4. fol. 57.

Sicut nebucula visa ab Elia crevit in immentum: sic humilitas Mariæ adeo crevit, ut illum conceperit, quem celum & terra capere non possunt. Et sicut illa nebucula abundantissimas pluvias terrea dedit, ita Maria quotidie dat Ecclesiæ gratiarum imbres. Calamat. Mar. Disc. 4. fol. 58. seq. Item C. Eccl. 24. v. 6.

Quia sicut laguare sustentat artificium, ita Maria sustentat mundum. B. Serm. 79. n. 8. Sicut Iris fuit signum fœderis, ita Maria propositiōnis. M. conc. 18. aff. 2. n. 6.

Scaliger dicit iridem matutinam portendere pluvias, vespertinam serenitatem: ita B. V. vel pluvias lacrymarum, vel in morte beatitudinem affert. C. in Gen. fol. 125. in fine.

Sicut Iris solis naturæ artificium est, ita ut humanæ artis industria non accedat: ita B. V. tripliciter pulcherrima fuit, Pulchra facie, Pulchra mente, Pulchra corpore, quam pulchritudinem a solo Deo habuit, nihil conferente exteriori ornatu. S. Vincentius Per. ait: *Beata Virgo non curabat de ornamentis.* Picinelli Mund. Symb. l. 2. n. 258.

Sicut Iris suo circulo orbem immentum circumdat: ita B. V. Filio Divino gravida, ut ait S. Petrus Dam. Immentum concepit, æternum genuit, geminum ante

Æcula parturivit. Picinelli. Ibid. nu. 276.

Sicut Aurora lucet inter diem et noctem, ita B. V. singulariter patrona est penitentium, qui quasi fuit medii interdiem gratiæ, & noctem peccati. B. Serm. 75. n. 15.

Sicut Aurora rosas parit, ita B. V. Christum primam novæ Testamenti rosam. M. conc. 25. aff. 1. n. 7.

Sicut Aurora lucebat Jacobo luctanti, ita B. V. nobis decertantibus in hujus vite prallo. M. conc. 39. aff. 3. n. 7. Vide Analogias B. V. & aurora descripsit apud Corn. a Lap. in Cant. fol. 279. col. 2.

Sicut Aurora rorem spargit, sic Maria exsiccat cordibus rorem gratiæ aspergit. H. Serm. 26. fol. 252.

Ipsa finis fuit Judaismi & Gentilismi adeoque Ecclesiæ aurora. C. in Prov. 1. v. 18. Quia iustorum exemplar est. B. Serm. 75. n. 15. Quia in omnes universim benefica est. M. conc. 18. aff. 1. num. 7. 8. & aff. 3. n. 8. & conc. 32. aff. 1.

Quia Maria est præstantissimus call oculus, illuminat omnem hominem, ac Divine iræ tenebras in gratiarum lumen convertit. Calamat. Mar. Ser. 1. in Exord.

Sicut Sol calefacit, inflammat, fecundat: ita B. V. corda hominum &c. H. Serm. 26. fol. 253.

Sicut Sol non exspectat pœces, ut oriatur: ita B. V. ut ait Richardus a S. Vict. velocius occurrit sua pietate, quam invocetur, & causas miserorum anticipat. Picinelli Mund. Symb. l. 2. n. 55.

Sicut Sol splendore excedit omnes Planetas: ita B. V. dignitate & virtutum excellentia superat omnes Sanctos. Picinelli. Ibid. n. 75.

Sicut Luna in nocte, ita B. V. etiam peccatoribus prodest. B. Serm. 75. n. 15.

Sicut Luna ex omnibus Planetis est nobis vicinior, ita B. V. nobis intimior. M. conc. 18. aff. 2. n. 2. Item C. in Apoc. 12. v. 1. Et Apoc. 4. v. 7.

Sicut Luna omnes influxus, quos a se recipit, terræ communicat: ita B. V. omnes quatuor thesauros a Filio receptos nobis largitur. M. conc. 25. aff. 3. n. 4. Maria est in celo supremo, Luna in infimo, ideo caleat Luna. M. conc. 32. aff. 7. n. 10. Luna plus lucis participat a sole quam ceteræ stellæ: ita Maria plus sanctitatis participat a Christo, quam omnes Sancti. H. Serm. 22. fol. 212. & 252.

Sicut Luna inter omnes Stellas planeta orbita emittit: ita B. V. inter omnes Sanctos, quippe qui hinc comparati, non nisi Stella videntur. Picin. Mund. Symb. l. 2. n. 217.

Quia.

Arca Noe.

Quia ad fe confugientes confervat. B. Serm. 75. n. 1.

Quia ex communi dilavio peccatorum originalis crepta fuit. M. conc. 4. aff. 2. n. 4. Sicut Arca Noe communis difcriminis in cataclyfmo capere fuit; ita B. V. ommibus Adami pofteris intra labiis originibus dilavium fepulfit, fola tantam tempeftatem immunis evafit. Picinelli Mund. Symb. l. 20. n. 14.

Sicut Arca Noe pecudes & homines falvavit; ita B. V. iuftos & peccatores: hinc Helychius: Arca efl, Arca Noe la- tior, longior, illuftrior. Picinell. ib. n. 16. Maria Navis efl de longe portans panem, 1. quia omni virtute plena fuit. 2. Etiam dormiens merita auxit. 3. Animavit Santos contra hereses. C. in Prov. 31. v. 14.

Quia bonis prodeft, malis nocet. B. Serm. 75. n. 22.

Quia fervat peccatorem, ficut Arca fervavit Abiathar. B. Serm. 48. n. 35. M. conc. 32. aff. 3. n. 11.

Quia Deus mira per illam operatur, ait S. Bern. C. Gen. fol. 509. col. 1.

Propter munditiam, virginitatem fecundam, & interceffionem. C. Exod. 25. v. 10. fol. 509. col. 1.

Arca conlecta fuit Propitiatorio, quod proprie erat operculum illius ex auro: intus in Arca afferbantur tabule, & Virga Moyfis, & Manna, ut intelligas fi propitiatio Beatæ Virginis fui velis, opus efl obfervatione mandatorum, mortificatione, & SS. Communionis ufu. C. Ex. 25. v. 17.

Turris Davidica.

Quia quilibet tuetur, & facilem ad fe concedit aditum. S. punct. 121. l. 407.

Hac de causa etiam vocatur caflrorum acies ordinata, quia terribilis efl demonibus. H. Serm. 26. fol. 254.

Sicut milites ad bellum accincti a vicina turri plurimum antantur: ita B. V. veluti Turris Davidica, & turris oburina Chriftianis milibus generofam mentem infpirat, & ad illuftria trophaea promovet; hinc a S. Auguftino vocatur. Virtus pugnantium, & palma victorum. Picinelli Mund. Symb. l. 23. n. 230.

Sicut turris & litus opportunitate, & armorum apparatus efl militum tutiffima ftatio: ita Mater Dei non tantum fuper omnes creaturas inflar turris eminet, fed infuper edificata efl cum propugnaculis, & nullo clypeo, ut fuos clientes adverfus hoftium impetum fecuros reddat. Picinelli ibid. n. 232.

Cedros.

Quia lignum Cedronum ferpentes fugat; ita B. V. morfum originalis peccati. M. conc. 4. aff. 3. n. 3. 4. & feq.

Sicut Cedrus femper virefcit: ita Maria nullum virtutis vigorem unquam perdidit. Sicut Cedrus nunquam putrefcit: ita Maria omni peccati putredini femper refiftit. Sicut Cedrus in altitudine montium crefcit: ita Maria in montibus juftitiz primitivæ fundamentum pofuit. Calamat. Mar. Serm. 2. fol. 32.

Sicut Cedrus odore fuo lætificat, & ferpentes fugat; ita Maria &c. H. Serm. 25. fol. 254.

Cedrus conjuñctos fimul fert fructus & flores; ita B. V. Virginitatis flori conjuñxit Maternitatis fructum; hinc S. Petrus Chryfoftol. acquifivit honorem Matris, & Virginitatis gloriam non amifit Picinelli l. 9. n. 137.

Quia ficut Columba ranam olivæ, & Columbe. pacis portat: ita B. V. pacem afferit peccatoribus. M. conc. 18. aff. 2. n. 2. Et Picinelli l. 4. n. 263.

Sicut Columba ante Arcam Noemiticam volitans, ramo olivæ pacem annuntiavit; ita B. V. in caelos affumpta æternæ beatitudinis quietem non fifti duntaxat affecuta efl, fed infuper omnes fuos clientes ad illam promovet. Picinelli l. 4. n. 273.

Columba leguntur nonnunquam in obfidionibus urbium, pendulis collo litæris, & caduceatorum munus obiffie, & pacem fanxiffe; ita B. V. precum fuarum interventu Deum nobis iratum conciliat. Picinelli ibid. n. 232.

Columba fuper aquas in montis cacumine refidens contra accipitrem fecura efl, nam ab umbra volitantis hoftis in aquis vita monetur, et ut intra petram fe recipiat; ita B. V. fuos famulos monet de impendente periculo. Picinelli ibid. n. 227.

Quia ficut e Mari omnia flumina featurtunt, ita a Maria omnes gratiæ. M. conc. 18. aff. 3. n. 1. Et Calamat. Mar. Serm. 2. fol. 28. & feq.

Sicut Mare inexhauribile efl, ita mifericordia Martæ. M. conc. 18. aff. 3. n. 1. Eodem fenfu vocatur etiam puteus aquarum. M. conc. 32. aff. 3. n. 3. Et amaritudo maris. Vid. infr. Nomen Mariæ.

Sicut per Mare pacificum fecure navigaverunt, ita per Mariam fecure ad calum perveniunt; ait Barradius. Lucian. Infr. Catech. p. 2. conc. 75. n. 2.

Sicut in mari datur compendium viarum, quibus cito de loco in locum fine ambagibus venit: ita per Mariam compendiofe venit ad calum. Lucian. ib. n. 3.

Sicut ligna Maris dimoverari non poffunt.

Mari.

Virgo Moyfis.

Quia nec gratiæ Mariæ. H. Serm. 22. fol. 216.

Quia ficut Virgo Moyfis devoravit Virgas Ægyptiorum, ita Maria hærefes vicit. M. conc. 25. aff. 1. n. 3. Et devorat potentiam fpirituum tenebrarum. M. conc. 39. aff. 3. n. 8.

Virga inflar fceptri a Deo Moyfi data efl, tanquam fymbolum poteftatis, qua Moyfes percuffit Ægyptios, & rexit ac gubernavit Hebræos; Patrem in modum Deus conftituit Mariam, ut amabilem fidelibus, & terribilem heterodoxis. C. Exod. 4. v. 2.

Virga Moyfis figura erat Crucis Chrifti, quam adeo amavit Maria, ut ab ea ufque ad mortem Filii non recefferit, imo ufque ad mortem propriam. Significare per hoc vult, quod qui patrocinio fuo frui velit, non fit crucifuga &c. C. in Exod. 4. v. 2.

Sicut Stella abfque fui læfione emittit radium, ita B. V. Filium. M. conc. 32. aff. 1. n. 12.

Sicut nauca ad Stellam polarem attendit; fic nos in mari mundi Mariam attendamus. Ibid. n. 13.

Stellis.

Sicut Stellæ funt ex materia incorrupta peccati; ita Maria femper incorrupta a peccato. M. conc. 39. aff. 1. n. 20.

Stella polaris magnetem nauticum regit, & vitam monitrat: ita Maria fereca peftora trahit. H. Serm. 22. fol. 216.

Stella fplendoris fui radio ad ipfam ufque infernum hunc orbem demittitur: ita B. V. Verbo Divino gravida, inflar Stellæ, terram caelo mira concordia univit, in fe reconcilians omnia fummi. Picinelli l. 1. n. 237.

Umbra, quam Sol infra orbem lucens, furfum ad Stellas projicit, Stellam non attingit: ita B. V. ab umbra peccati immunis fuit. Picinelli. ibid. n. 343.

Palma.

Maria efl Palma uerbofa ad requiem, honorabili ad triumphos, femper virens, femper veftita folis, atque ideo non marcefcit. M. conc. 39. aff. 3. n. 1. Et C. Eccli. 24. v. 18.

Beatiffima de imminente morte per Arum changelum Gabrielem fuit præmonita, qui illi ramum Palmæ obtulit, tanquam victoriæ mortis trophaeum. H. Serm. 1. fol. 9.

Ribes.

Palma efl fignum victoriæ; unde SS. Martyres Palmas gerunt in manibus. Iti devotio erga B. V. efl fignum victoriæ finalis. H. Ser. 26. fol. 255.

Palma verfus alteram Palmam ramos extendens epigraphen habet: Intra maritum! fic B. V. fine Viro gravidatur: Viri nefciam fenfo Deo maritæ. Picinelli l. 9. n. 316.

Palma ab hyeme non leditur: ita B. V. fub cruce heroica imperrurbabilis flerit. Picinelli ibid. n. 347.

Nomen Mariæ.

20. Potens contra tentationes.

Avicula edocta has voces, Aus Maria, cum olim e cavea elapfa a Milvo oppugnaretur, has voces clamavit, & milvum repente occidit: ita prodeft Mariæ nomen contra demones. B. Serm. 62. n. 30.

Maria in Cantibus fub figura terribilis exercitus proponitur, qui ad pugnam inftitutus hoftes conterret, & repellit, ait enim Cardinalis Hugo: Ad eju memoriam demones contremifcunt &c. Calamat. Mar. Difc. 5. f. 78.

S. Bernardus ait: Si infurgant venti tentationum, fi incurras fcopulos tribulationum, refpice Stellam, voca Mariam! iactans fuperbia unitis, fi ambitiosis, fi detractionis, fi emulationis, refpice Stellam, voca Mariam! In periculis, in anguftiis, in dubiis Mariam cogita, Mariam invoca! Non recedat ab ore, non recedat a corde!... Ipſam fequens non devias, ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras! ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia pervenit! C. in Mich. 6. v. 4.

S. Bonaventura ait: Non fic hoſtes videntes timent caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut poteſtates, Mariæ vocabulum. Fluunt & poreunt velut a facie ignis, ubi- que invenitur huius Nominis devotam invocationem. C. in Prov. 31. v. 25.

Sicut magnus ignis effugit muſcas, fic S. Bern. ab ardentiffima Virginis mente effugantur demones &c. C. ibid.

21. Eſt teſſera ſalutis.

Piſces in diluvio non perierunt: Quare? quia in mari fuerunt, & ſervati propter æqualitatem nominis, congregaciones aquarum vocavit Maria. B. Serm. 82. n. 2. 3. 4.

S. Anſelmus ait: Velociter eſt nonnunquam ſalus memorato nomine Mariæ, quem invocato Nominis Domini IESU. B. Ser. 71. n. 8. Dignum plane eſt animadverſionem, quod Chriſtus Dominus in Evangelio ſingulariter ſe beneficium exhibuit erga Samaritanos: diu collocatus eſt cum muliere, quæ exiit de Samaria ad fontem Sichar: laudavit leproſum de Sa maria propter ſuam gratitudinem: non palſus eſt, ut Apoſt. ſi ignem de caelo evocaret ſuper Samaritanos, atque beneficio illis conſulit, quæ non conſulit Judæis. Quare? reſponderi poteſt, quia

S. Bern. hom. 2. ſuper mil. ſu. eſt.

S. Bern. 2. ſp. 2. Pars. 12.

S. Bern. ſer. 34. 4. 3. 1. 2.

S. Anſel. 1. de car. vitæ. c. 6.

quia urbs Samaria conformitatem nominis habet cum nomine Maria.

Maria non tantum mari comparatur, sed ejus etiam nomen interpretatur 1. *A. marinus maris*; quia ipsa mare, id est, Christum amicit, qui omnem amaritudinem humani generis dulcoravit. 2. *Myrtha maris*, quia tam magnum fuit mare doloris & amoris tui crucis, ut ipsa passione Christi pedore suo conclusit. 3. *Dolrite maris*; quia ipsa est illuminatrix, sicut omnes in hoc procelloso faculi mari se invocantes illuminat. 4. *Pluvia maris*; quia gratiarum copiam e caelo in homines depluit. 5. *Domina maris*; quia terra, marique dominium habet totius mundi. 6. *Celsitudo maris*, quia omnes hujus faculi arumnas superat, & omnes afflictos exhilarat. C. in Prov. 3. v. 29.

21. *Est nomen profectum & salutare peccatoribus.*

Sandus Bernardus audeat quinque litteras Mariam nominis comparare quinque facis Vulneribus; sicut illa sunt fontes salutis, ita ista totidem canales, per quos gratiarum unda affluit. *Sicut Christus quinque Vulneribus suis cordis plene remedia mundo, ita B.V. suo Sanctissimo nomine, quod quinque litteris constat, confert quotidie veniam peccatoribus.* Paoletti in Fest. Nat. n. 16.

Peccator intelligitur per viatorem Jerichuntinum, per oleum autem ejus vulnerum insutum intelligitur Mariæ Nomen. Paoletti ibid. n. 15.

Initio creationis terra fuit maledicta: e contra supra aquas ferebat Spiritus Dei: cur non & aqua fuit maledicta? Carthagena ait, id fuisse factum in reverentiam nominis Mariæ; nam congregationes a quarum vocatae sunt Maria. Lucian. Instr. Catech. p. 2. conc. 75. n. 3.

S. Bernardus hortatur, ut nomen Mariæ semper in ore, præsertim in periculis & necessitatibus letamus: *Si ingenti peccatorum multitudine turbaris, Mariam invoca, & quietaberis: si conscientia turpitudine confunderis, Dei Matrem accede, & serenaberis* &c. Calamat. Mar. Disc. 5. l. 84.

Oleum essum nomen tuum. Oleum supernatat liquoribus: Ita misericordia Mariæ superat omnes Sanctos. Oleum rigida emolliat: ita Mariæ peccatorum pectora ad penitentiam flectit. Oleum contra clauda membra relaxat; ita Mariæ claudos in gratia mandatorum Dei roborat. Oleum ci-

bos condit: ita Mariæ miserias suis vitæ dulcorat. Oleum vires restituit: ita Mariæ, qui laborant, & onerati sunt, reficit. Oleum in lampade ignem nutrit: ita Mariæ caritatis flammam auget &c. H. Serm. 14. fol. 137.

S. Bernardus ait: Si criminum immanitate turbatus, si conscientia feciditate confusus, si iudicii horrore perterritus, barathro desperationis absorberis, Mariam cogita, Mariam invoca! non recedat a corde, non recedat ab ore!... & sic in temetipso experiri poteris quam merito dictum sit, & nomen Virginis Mariæ!

13. Honoratur a Sanctis.

S. Gerardus Martyr & Episcopus Candenensis in Hungaria ita amatam Mariam, ut signis familiarium veniam ab ipso peteret nomine Mariæ, mox lacrymis persutus, non solum veniam dare, sed victimum, ac si ipse reus esset, veniam rogare cepit. H. Serm. 27. fol. 269.

S. Odilo Abbas Cluniacensis quoties Nomen Mariæ pronuntiari audivit, se profundissime inclinavit: Idem hoc fecit sub verbis Hymni Ambrosiani: Non horruit Virginis uterum. H. er. 27. f. 271.

B. Hermannus Ord. Præmonst. qui a B. V. in sponsum fuit electus adjecto ei nomine Joseph, nomen Mariæ nec audire, nec pronuntiare voluit, nisi in terram prostratus. N. 7. April.

B. V. in morte Apostolorum & Angelorum cantu, ac splendoribus honoratur. Ubi Judæus invidens Mariæ hanc gloriam, dum feretrum evertere tentat, ariditate & ingenti dolore manus punit. Bagatta l. 1. §. 5. n. 3.

Honoratur beatissima in locis ac peregrinationibus sibi propriis: Talis est in Hispania *Mons Serratus*, ubi S. Ignacius vitæ mutationem auspiciatus est. In Gallia *Laudunum*, ubi Statua Deparæ Angelicis manibus facta. In Italia *Lauretum*, ubi extat Domus Nazaretana, quæ angelicis manibus sibi alio translata fuit. In Austria *Celle*, ubi Henricus Marchio in gratitudinem recuperatæ valetudinis insignem Ecclesiam construxit. In Bohemia *Boleslavia*, in Bavaria *Vetus Oetinga*, in Helvetia *Eremus* vulgo *Einsidlen*, & alibi, ubi Nomen Mariæ millenis laudibus celebratur, Nomen, inquam, Angelis amabile, demonibus terribile, iustis consolabile, & peccatoribus salutare &c.

S. Bern.
Serm. 4. de
Assumpt.

S. Bern.
Serm. 4. de
Assumpt.

4. E. J.

14. *Est auditu dulces, & potens in adversis.*

Angeli querunt ter, que est ista? an non noverunt? utique noverunt suam Dominam, respondit Richardus a S. Laur. Dulce nomen sibi desiderant responderi. B. Serm. 75. n. 6.

S. Bernardus ait: Da mihi Virgo virtutem, ingenium, & sermonem, ut fidelibus possim nuntiare gloriam nominis tui. conc. 18. aff. 3. n. 1.

Sanctus Josephus in sua perplexitate erigitur per Nomen Mariæ. Paoletti Fest. Nat. n. 20. Item Magdalena a Christo in specie hortulani apparente hac ipsa ex causa vocatur: *Maria* &c. ibid. n. 23.

Oportet universos Christicolæ inter fluctus hujus sæculi navigantes attendere hanc *maris stellam*; & respectu ejus exempli ejus vitæ cursum dirigere, ... sic prospere veniet ad portum quietis eterne, ait S. Bernardus.

Anno 1320. Mense Junio terribilis tempestas Urbi Viterbiensi exitum minabatur. Concurrerunt ergo cives ad Sacellum S. Annæ & ibi Beatam Virginem in imagine sua prodigiosam invocabant, repetito iterum, iterum nomine Mariæ. Et ecce rediit serenitas, auditaque in aere imperiosa vox, qua demones in infernum redire jubebantur. Bagatta l. 3. c. 2. §. 1. n. 29.

Itinerans quidam nocte incumbente in diversorium latronibus infellum se recepit. Composit se ad somnum, invocavit prius Nomen Mariæ. Et ecce! advenientes latrones rota nocte aditum illius turgurii invenire non potuerunt. Bagatta l. 2. c. 3. §. 3. n. 14.

15. Reverenter debet tractari.

In Polonia nulli femine imponitur nomen Mariæ propter reverentiam. Continuo in Mariali tract. 4. conf. 5. n. 12. & tract. 15. conf. 4. n. 4.

Quomodo autem vel maxime reverenter tractari potest? respondeo, per emulationem virtutum Marianarum, præsertim castimonie: Non sine mysterio in illo textu dicitur: *Et Nomen Virginis Mariæ.* Cur non dicitur & Nomen Matris &c. quia hæc duo semper conjungenda sunt, esse Virginem, & vocari Mariam &c. Paoletti in Fest. Nativ. n. 28.

Ex duobus Indis, exorta gravi tempestate, unus devote invocabat, alter dicitur: *D. Claus Spicil. anteq. Pars I.*

debat Nomen Mariæ: Et ecce! primus incolomis evasit, alter fulmine tactus, & exultus est. Bagatta Lib. 3. c. 2. §. 1. n. 10.

Annullum, quo B. V. a S. Josepho fuit desponsata, Perullii quidam femina, nomine VValdra, digito suo temerarie inseruit, & digitus eo momento exaruit. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 1. En! reverentiam & devotionem exigit Virgo.

Cum tub Leone Haurico Saraceni urbem Constantinopolim frustra obsiderent, in reditu per Aegem mare Dux eorum Nomen Mariæ horrendum in eorum blasphemavit. Et ecce! classis eorum per igneam grandinem destructa est, navis in mediis aquis arserunt. Bagatta l. 3. c. 2. §. 1. n. 27.

Reliquiæ Vestium B. V.

16. Ubi locorum asseruntur.

Ludovicus sextus Rex Gallie urbem Carnutensem (Chartres) incendio pessime creverat, quia rebellaverat: Civis cum viciis Regi resistere non possent, armato obitu ibant, & Cletus in conto portabat togam, quam B. V. in rita gesserat: Rex hoc aspectu manifestam veniam dedit. P. 3. L. 5. l. 179. in fine. Et. D. 4. c. 75.

Immola in Monsælio Patrum Montis Oliveti asservatur velum delato, ubi immanis draco stabulabatur, hominibus, & gregibus infellus, data benedictione occidit est. Hujus beneficii memoria in hodiernam usque diem quotidie renovatur per pullum campanulæ ad id destinata. Bagatta Lib. 7. c. 1. §. 8. n. 9.

Aquisgran facta, qua Christum involvit, item B. V. subscula, & sacri capilli. Atlas Mar. Schereri. f. 93. Toga, pepulum & tibialia Ratisbonæ in Nobili Partionem vulgo Nidermunster. D. 1. 6. ultra medium. Lac in Monasterio S. Clare Aquisgrani: Capilli Romæ in Ecclesia S. Crucis, & Ratisbonæ in S. Emeramum. Lecti pars ad Mariam Majorum Romæ, subscula Aquisgrani: tunica dug e terra sancta Constantinopolim alio transferuntur, ubi Ecclesia edificatur in earum honorem &c. D. 4. 75. f. Reliquiæ n. 3. Zona B. V. tempore Leonis Imperatoris fuit Constantinopolim, per quam Quæ Imperatrix fuit sanitate restituta. E. Reliquiæ n. 2. f. Tunica B. V. a Candido & Galbino fratribus Patriciis ex Galatia Constantinopolim translata fuit. In ejus honorem im-

pera-

perator rotundum templum extruxit, ubi plurima facta sunt miracula. H. Serm. 2. fol. 18.

Manica B. V. Forolivi in templo S. J. ex Ducatu Branfivicensi illuc allata. H. 2. fol. 34.

Annulus, quo B. V. a S. Josepho fuit desponsata, asserturatus Perusii in Italia, ibique miraculis claret, praesertim ad partus facilitatem, & ad componentium conjugum animos valet. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 1.

DE CULTU B. V.

17. Liberat peccatorem ab interita.

oler. Ser. 4. de de. vol. ad B. V.

Biathar a Salomone fuisset damnatus ad mortem, nisi in humeris postasset arcam Domini. Ubi Oforius: Ita multi ad infernum iam essent detruhi, nisi hanc portassent arcam in corde suo. B. Serm. 48. n. 35.

Quidam Mexicanus, ob indignam communionis & aliorum scelerum conscientiam in desperationem delapsus, latrocinii se dedit. Aliquando in silva errantem puellam occupavit, eamque honore ac vita exere consuevit. Misera in his angustissis rofariis extrahit, & per Mariam nomen misericordiam orat. Latro audit hoc nomine parci puella, dein repente ardentissima contritione inflammatum confessionem facit, & salutem consequitur. R. cent. 3. p. 2. mir. 25.

Hinc Cultus Beatissimae est signum praedestinationis. Sicut certissimum impietatis, & reprobationis signum est, cultum Mariae impedit, aut obscurat: ita, ait S. Bernardus, Certissimum signum, nos esse cum S. Michaele, & Angelis ejus, est illud, prelati adversus eos, qui dignitatem Mariae diminuant aut extenuant. H. Serm. 1. in Exord. Beatissima Virgo dixit B. Alano: Recitare cum gustu, & devotione Angelicam salutationem, est signum aeternae praedestinationis. Kifilius f. 193. in Fav. No. 9. Jul. Esc.

S. Bern. super Jo. Innom. Mag. §. 1. §. 1.

Peregrinus Viator in regione incognita subito intempesta nocte obruitur: in caeca hac caligine nescit, quo vadat! Audit sibila latronum, ululatus luporum, rugitus leonum, & in nubibus tonitrua. Quid agit? lamentatur, ingemiscit, desperat. Verum ecce! subito argenteam lunam oriri videt, quae regionem ita illuminat, ut viam prosequi, & ad terminum pertinere possit. Peccator lumine gratiae orbatu in tenebris ambulans, non habet, in quo speret, nisi lunam Mariam: hac opitulante, viam ad patriam invenit &c.

18. Se solo non prodest sine poenitentia.

Cum Christus Dominus de cruce Matrem suam Joanni commendavit, Ecce Mater tua, non cum nomine compellavit: imo etiam Sanctus Evangelista tantum ait: Deinde dicit Discipulo, cur non nomine vocat? responderet Oforius: Quia qui Mariam Matrem habere vult, discipulus Christi esse debet. Non cum nomine proprio appellat, sed generali vocabulo discipulum dicit, quia in quantum discipulus, filius est Mariae. B. Serm. 48. n. 36.

Ques. 7. 46. Serm. de decy. ad B. V.

Beatissima Virgo vocatur Speculum: speculum non representat vocem, sed motum: hinc sola invocato B. V. nihil prodest, nisi accedat opera emendationis. B. Ser. 67. n. 20. Et Serm. 71. n. 13.

Sunt aliqui ex Christianis, qui putant, si confiterentur B. V. nomen det, si eam certo cultu aut jejunio venerentur, se non posse perire: sed plane deceptio est: Judai Jerofolymitani temere confidebant in templo suo, sed a Jeremia Propheta moniti sunt: Nolite confidere in Jerem. 2. verbis mendacii dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Urbs deinde non obstante templo everfa est. Beata Virgo dicitur templum Domini, sacrarium Spiritus Sancti: verum nolite temere confidere, advocata quidem peccatorum, sed non impetientium est. Paciuch. in Cant. B. V. Excit. 19. n. 10.

S. Bernardus ait: In angustis, in rebus dubis Mariam invoca: Et ut impetres ejus orationis suffragia, non deseras conversationis exemplum.

S. Bern. Hen. 2. super Mat. §. 1. §. 1.

19. B. V. vult in suis imaginibus honorari.

Biterrae Statuum B. V. magni ponderis, nempe duodecim centenariorum, ex templo ardente unus homo suis humeris exportat. H. 2. fol. 23. c. 1.

Gignaci in Gallia B. V. orem orantem subito illuminavit, etque percepit, ut hoc prodigio teste, diceret Magistratum, se in hoc loco in sua Statua velle honorari. Edificatum est templum, cuiusque urbs sumptibus par non esset, in partem venit Joannes Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. H. 2. fol. 24.

Lugduni haud procul ab urbe Statua prodigiola est B. V. quae nudo a Nativitate loquelam dedit. Vovit ille, quod singulis annis B. V. in hac Statua visitare & honorare velit: quotquot ergo diebus

diutius promissum distulit, tot semper diebus mutus fuit. H. 2. fol. 25.

Monte Leonis, oppido Galliae apparuit B. V. puella oculos ad pascua educens, dicens: Vade ad patrem, & dic illi, ut oppidanis referat, velle me, ut in hoc loco mihi templum exstruant. Ivit puella, ivit pater, sed pro responso risum retulit. Interim puella illa abiens rogavit B. V. ut interea temporis oculos, & panem, quem nigrum habebat, curaret. Cam ergo Deipara responsum oppidanorum retulit, illa puella panem restituit, sed candidissimum. Hoc signo pater commovit oppidanos, extruendum est templum. H. 2. fol. 26.

Pientissimus Rex Arragoniae Jacobus Beatissimae Virginis honori duo templorum millia aedificavit. N. 27. Jul.

Deipara Virgo B. Lidvinae ferunt de caelo asser, praecipitque ut illud quod erat misisset odoris, suae imagini in Ecclesia imponeretur. Bagatta L. 6. c. 2. §. 1. n. 5.

20. Utilissimus ad imperanda quorundam dona.

Turris David mille pendentes habebat clypeos: S. Ambr. legit, mille ostia, ut colligas, quam facilis sit aditus: turres mundi tantum unicum ostium, & claustrum habent, aliter per fugium ad Mariam: devoto ista ostium est, corona ostium est, officium ostium est &c. S. punct. 131. fol. 407.

S. Anselmus ait: Nihil utilius post Deum est, de memoriae Matris eius, nihil saubrius ejus cultu, nihil fructuosius ejus invocatione; Ideo namque Filius ejus ipsam in caelestibus regni exaltavit... ut Christi in terris relicta militanti Ecclesiae & fidelibus omnibus operaque exhiberet. H. Ser. 9. f. 75.

Mirabilis est virtus lapidum seu unio. Lapis felentes, viridis coloris, in medio habet imaginem luna, candido colore depictam, quae crescente luna creffcit, & decreffite decreffcit: illud autem mirum, quod phifysicis, in quibus humor vitalis deficiente videtur, plurimum proficit, eosque conservet. Sic devoto erga Beatissimam aridis peccatoribus novum succum & vigorem subministrat; illa enim pulchra est ut luna. H. Serm. 20. fol. 199.

B. V. servos suos vestit duplicibus; quae illis in hac vita gratiam, in altera autem specialem gloriam impetrat, vi cuius illi, qui B. V. in hac vita singulariter fervierunt, peculiari gloriae veste,

velut famuli Reginae discriminantur. C. in Prov. 31. v. 21.

21. Deo & B. V. est gratissimus.

Cum S. Ildefonsus Episcopus Toletanus sepulchrum S. Leocadiae veneretur, Sancta & sepulchro visibilis prodiret, illique gratos retulit, quod B. V. honorem contra haereticos strenue defenderet. Cum Sancta ad tumulum redire vellet, Ildefonsus patrem e velo capitis illius abscedit, quae hodiecum Toleti in memoriam miraculi asserturatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 6.

S. Bernardus ait: Totis medullis corpium... & votis omnibus Mariam veneremur; quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. H. Serm. 28. fol. 277.

Cultus Beatissimae Matris redundat in Filium: ita expresse Rupertus Tuicenfis: Totus honor impetusque Matris sine dubio redundat in gloriam Filii; qui enim dixit, Honora Patrem tuum & Matrem tuam, non dubium, quin & ipsemet honoret, & ab omnibus amicus suis, suam velit honorari Matrem: H. Ser. 7. fol. 59.

Rupert. Cant.

S. Casmirus Polonae Princeps a teneris Mariam ardentissime amavit. In eius honorem hymnum composuit, quem quotidie recitavit. Unde in Sanchonam numerum relatus, in rebus a Deo honoratus est. Corpus ejus incorruptum, una cum hymno illo post plurimos annos reperimentum fuit. H. Serm. 26. fol. 258.

S. Stanislaus Episcopus tenerime amans Mariam, & tenerime amatus a Maria: H. Serm. 26. fol. 258.

S. Hedvigeus cum leucula B. V. quam semper secum gellabat, mira patrat. S. Cunigunda vix nata carmen Ave Regina colorum cantat. H. libid.

S. Henricus Imp. in quacunque urbem veniret, primam noctem in illa orando consumpsit, quam B. V. facram esse intellexit. Ecclesiam Cathedralen Bambergensem B. V. aedificavit. Unde in ipso Matrimonio prodigium Virginalis castitatis fuit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Stephanus Hungariae Rex universum Regnum Virginis tutelae consignavit, etque Albe insignem Basilicam aedificavit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Eleazarus Comes a teneris Mariam patronam elegit, & quotidie se ejus patrocinio commendavit. Hinc Christus Nutrici Garfendae dixit: Hinc juveni, pro quo oras, Matrem meam dedit Magistram, nihil de illo dubites. H. Serm. 27. fol. 270.

Serius in vita c. 19.